NOVUM

THEATRUM ANATOMICUM

QUOD GOTTINGAE EST

A

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMIN

DOMINO

GEORGIO IV

BRITANNIARUM HANNOVERAEQUE REGE

CONDITUM

D. II. NOVEMBRIS MDCCCXXIX

AUGURATUM

A

CONRADO JOANNE MARTINO LANGENBEC

ANATOMES ET CHIRURGIAE PROFESSORE

DESCRIPTUM.

Cum V. Tabulis aeneis.

GOTTINGAE,

TYPIS DIETERICHIANIS.

MDCCCXXIX.

est, Adolphi Friderici, Ducis Cantabrigiensis, et tantam Illustrissimorum Virorum, qui Academiae nostrae administrandae praesunt, de Arnswaldt, et de Stralenheim providam curam gratissima mente, ac pietate, nunquam intermoritura, agnoscimus, idque eo magis, cum in memoriam revocamus primordia, eaque cum hoc, quod nobis nunc contigit, comparamus.

Primordio Academiae nostrae ars anatomica primum proposita et exercita est a Johanne Guilielmo Albrechto, Erfurto, ubi extraordinarius medicinae Professor fuerat, prima hebdomade mensis Decembris anni MDCCXXXIV. adveniente, in turri, portae, quae "*Albaner*" vocatur, imposita. Quo in loco, nec ad corpora scrutanda, nec ad demonstrationes anatomicas apto, multae magnaeque molestiae tolerandae erant Viro, praeclare de Academia merito.

Cives Gottingenses, tunc temporis rudes, mortuorum sectiones tantopere abhorrebant, et exsecrabantur, ut anatomicum proterve illuderent. Vix ullus quantovis pretio ad aquam lignumve in turrim illam adferendum flecti poterat, quod turpe putabatur. Accidit adeo, ut Albrechtum, in turrim iturum, pueri "*Menschenschinder*" convitiantes sectarentur. Fontes, unde

anatomae res necessariae, pabulum studii, atque doctrinae, hauriendae sunt, parce fluebant. — O Te miserum, o infelicem! quantae calamitates Te percusserunt! — Quid mirum, quod Albrechtus inter tam multas magnasque difficultates, anatomici animum vere frangentes, tantum unum annum, et quod excurrit, in nostra Academia vixerit. Nam altero post accessum anno — MDCCXXXVI. Jan. XVII. — morte ereptus est. — Inde Magnus Vir, immortalitate nominis, ac meritorum celebritate verus artis nostrae fundator, Albertus Hallerus, ad professionem anatomes suscipiendam — MDCCXXXVI — huc evocatus est, cujus sedula opera Theatrum anatomicum, in quo usque ad hoc tempus res anatomicae exercitae sunt, anno MDCCXXXVIII. conditum fuit. —

Theatrum denique anatomicum novissimum, anno MDCCCXXVIII. April. XVIII. institui coeptum, et nunc absolutum, sic ut in eo opus nostrum hoc semestri hiberno inchoare possimus, in prato, quod dicunt "*Masch*", viae, arboribus utrinque septae — *Allee* — ex adverso situm est. Pulcherrimum prospectum pontem, Linae impositum, transeunti praebet hoc aedificium, tam dignitate, quam usu praecellens. — In extrema via, arboribus circumdata, porta, valvis ex ferro

instructa, instituetur, quae, canali, urbem cingenti, obruto, in ambulationem ducet. Ex qua in aedificii aream, trium jugerum spatiosam, porta feret. Viridarium, et fossa Theatrum circumdabunt. Nunc ad aedem ipsam explicandam transeo. Universi aedificii saxei longitudo CLXXX pedum est, cujus frontem, urbem prospicientem, propylaeum, — Vestibulum, — sex columnis Doricis, quarum quatuor mediae e regione collocatae sunt, insignitum, adornat. In postica parte, pratum spectante, Rotunda eminet, in qua demonstrationes instituentur. Tectum laminis ferreis munitum. —

Amphitheatrum, quod capere potest ad ducentos Auditores, altum est L pedes, linea dimetiente XXXII, forma rotunda, e Corinthiacae structurae genere, antis XII, quarum capita a Celeberrimo Professore Ruhl fabricata sunt, tecto camerato et picto, cymatio gypsato, quinque fenestris, altitudine XIV pedum, latitudine VI, ac lanterna, tholo summo inserta, splendet.

In altera aedificii ala tria, laboribus anatomicis destinata, conclavia continentur, quorum amplissimum, altitudine XVII pedum, longitudine XXXV, et latitudine XVIII, studiosis ad cadavera dissecanda inservit; item culina, antlia instructa, invenitur; in altera itidem tria extant, ut praeparata, in scriniis, vitreis foribus prae-

ditis, contenta, serventur. In inferiori contignatione sunt culina, in qua etiam antlia posita est, et cadaveribus lavandis, et injectionibus perficiendis dicata, tres concamerationes, ad cadavera variaque utensilia servanda, et diaeta ministri anatomici; in superiori duo conclavia spatiosa reperiuntur, ad sceletos, ac praeparata, lintea, vitraque tuenda.

Ad macerandum, et ossa insolanda separatum aedificium patet, cui et antlia inest.

Theatrum nostrum aedificatum est ad eximii Architecti academici Müller, praematura morte nobis erepti, descriptionem, consilio et cura solertissimorum Virorum Hagemann, qui est a consiliis in aedificiis exstruendis publicis, Prael, Architecti provincialis et academici, ac Frankenfeld, Architecti provincialis extraordinarii.

EXPLICATIO TABULARUM.

Tab. I.

Theatrum anatomicum ab anteriori spectatum. Ibi tres portae oculis se offerunt:

1. Alia, ducens in auditorium;
2. Alia in ministri anatomici diaetam;

3. Alia in oecum, studiosis ad cadaverum dissectiones inserviens.
4. Lanterna.

Tab. II.

Theatrum anatomicum ab adverso visum.

Tab. III.

Amphitheatri Intersectio.

1. 2. 3. 4. Scamna.
5. Tectum cameratum.
6. Lanterna.
7. Porta, qua in auditorium aditus patet.
8. Porta, in conclave, laboribus destinatum, ducens.
9. Porta, in conclave, ad eundem finem destinatum, introitum habens.
10. Scala, qua adscenditur in scenam, et ad scamna.

Tab. IV.

Theatri anatomici superior contignatio.

1. Amphitheatrum.
2. 3. Conclavia, laboribus destinata.
4. Culina.
5. Oecus, ad cadaverum dissectiones paratus.
6. 7. 8. Museum anatomicum.

Tab. V.

Theatri anatomici inferior contignatio.

1. Ministri anatomici diaeta.
2. Ejus culina.
3. Ejus dormitorium.
4. Ejus cella penaria.
5. 6. Cellae duae ad alios ejusdem usus.
7. Spatium sub amphitheatro.
8. Culina, cadaveribus lavandis, et injectionibus instituendis dicata.
9. Concameratio, ad servandum apparatum injectorium apta.
10. Concameratio, servandis cadaveribus inserviens.
11. Concameratio, ad varios usus indonea.

AUDITORES:

1. Himly L.
2. Susmann
3. Dolge
4. Giesker
5. Kuntze
6. Pabst
7. Seubert
8. Matthaei
9. Detmold
10. Caspari
11. Palmedo
12. Kopp
13. Becker
14. Haas
15. Schnelle
16. Schmidt F.
17. Heermann
18. Gieseken
19. Erythropel W. H.
20. Hinrichs
21. Mühry
22. Müller F.
23. Heymach
24. Breiger
25. Thilenius
26. Niemann
27. Schuler
28. Cuntz
29. Meyer M.
30. Beese
31. Vogler
32. Lippe
33. Blumenberg
34. Münchmeyer
35. Guizetti
36. Schmidt A. C. F.
37. Renne
38. Schlüter

39. Walther
40. Neufs
41. Merkel
42. Langenbeck
43. Reinhold
44. Specht
45. Reynier
46. Elster
47. Tiedemann
48. Kelp
49. Lange
50. Müller
51. Kindt
52. Henschel
53. Kuntze
54. Faber
55. Koch
56. Rummel
57. Bauer
58. Gerlach
59. Ackermann
60. Wohlers
61. Meyerstein
62. Lorent
63. Mundt
64. Werner
65. Behn
66. Bohlen
67. Hahne
68. Etzerodt
69. Busch
70. Roscher
71. Krupp
72. Amory
73. Lempelius
74. Schnackenberg W.
75. Jakobshagen
76. Wittgenstein
77. Richter
78. Vogel
79. Knopf
80. Castendyk
81. Hildebrand
82. Moller
83. Kirchhof
84. Peschau
85. Krull
86. Ziegler
87. Beste
88. Schott
89. Leser
90. Wilhelmi
91. Bohle
92. Röpke
93. Hanemann
94. Roth
95. Weifs
96. Frank

97. Wolff
98. Wolper
99. Meyenberg
100. Oppermann
101. Nolte
102. Steiniger
103. Griese
104. Engelhardt
105. Spohr
106. Goeden
107. Robert Veitz
108. Bode F. W. A.
109. Scholz
110. Kirchner
111. Wolfers
112. Müller Th.
113. Müller A.
114. Leiner
115. Determann
116. Malsko
117. Schnackenberg J.
118. Billeter
119. Bergmann
120. Kiel
121. Kayser
122. Michaelis
123. Meyer G.
124. Bonhoff
125. Hiltermann
126. Hummel
127. Ruete
128. Theobald
129. Fromm
130. Cropp
131. Frobitius
132. Rumann
133. Kirchhoff F. F. W.
134. Geller
135. Richters
136. Krah
137. Töpfer
138. Rincke
139. Habenicht.
140. Renzhausen
141. Molter
142. Andreae
143. Schmidt
144. Soliva
145. Hey
146. Hölty
147. Voigt
148. Stromeyer.

* * *

Sander
Messing
Mootz
Pfennig
Eckhard
Haug
Kefsler
Eberwin
Dieterichs
Christen
Harnisch
Schomburg
Lüdeke
Koch.

SECANTES:


1. Himly
2. Stromeyer
3. Dolge
4. Niemann
5. Breiger
6. Koch
7. Müller
8. Haas
9. Reinhold
10. Tiedemann
11. Geller
12. Becker
13. Hansen
14. Spohr
15. Haltermann
16. Amory.
17. Hausmann
18. Specht
19. Renzhausen
20. Rohder
21. Erythropel
22. Elster
23. Busch
24. Ziegler
25. Cuntz.
26. Scholz
27. Schuler
28. Raven
29. Roscher
30. Wittgenstein
31. Neufs
32. Denicke
33. Nicol
34. Müller
35. Susmann
36. Heermann
37. Kuntze
38. Pabst

39. Wilhelmi
40. Renne
41. Henckelmann
42. Guizetti
43. Schmidt
44. Schmidt
45. Weifs
46. Zincke
47. Krafft
48. Holty
49. Töpfer
50. Sievers
51. Nette
52. Hanemann
53. Lempelius
54. Behn
55. Andreae
56. Knopf
57. Pommer
58. Kelp
59. Wohlers
60. Erythropel
61. Kückelhan
62. Wiebalk
63. Rinke
64. Frank
65. Gerding
66. Hummel
67. Tölsner
68. Langenbeck
69. Caspari
70. Kirchhof
71. Blumenberg
72. Vogler
73. Gerlach
74. Rehbock
75. Pflock
76. Kindt
77. Pönitz
78. Mühry
79. Drüding
80. Bode D. W.
81. Thilenius.

I.



Ost-Seite.




West Seite.


III.



Profil des anatom. Theaters.



Obere Etage.


7.
8.
9.
5.
4
3.
10.
2.
11.
6.
1.
5
10
20
30 Fuſs
Untere
Etage.